1442 22 marz
Firenze

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Eugenius eps Servus servoꝝ dei Venerabili fratri Matheo Epo Mantuan Salt et aplicam ben. Ad ea que utilitatem et comodum eccliaꝝ necnon Monasterioꝝ ac ecclisiasticaꝝ personaꝝ presertim dignitate preditaꝝ concernunt libenter intendimus et quantum cum deo possumus favorem aplicam impertimur. Sane pro parte dilecti filij Magri Guidonis de Gonzaga Prepositi ecclie Monasterij sancti Benedicti de Padolirone ordinis eiusdem sancti tue dioc in quo preter dilectos filios illius Abbatem et Conventum Prepositura que inibi dignitas existeret et per secularem clericum obtineri deberet auctoritate aplica creata esse dinoscitur Notarij nri nobis nuper exhibita petitio continebat qd dudum ipe ante et post creationem dicte Prepositure nonnulla possessiones terras prata et alia immobilia bona in Gonzage et Quistelli Castroꝝ seu Villaꝝ eiusdem dioc districtibus vel territorijs consistentia et ad Monasterium quod tunc auctoritate aplica in commendam obtinebat primo ac deinde ad Preposituram huiusmodi quam obtinet spectantia quibusdam personis sub certis annuis fictibus seu pensionibus ad modica tamen tempora locavit dicteq persone terras possessiones prata et bona eis sic locata predicta ad debitam culturam proprijs eaꝝ sumptibus et expensis reduxerunt Et sicut eadem petitio subiungebat si dicta sic locata predictis necnon alia queciumq terras possessiones prata et bona in districtibus seu territorijs consistentia et ad ipam Preposituram legitime spectantia cum omnibus iuribus et pertinentijs suis alijs personis de quibus sibi videretur pro se suisq heredibus et successoribus imperpetuum Emphiteosim sub annuo censu seu canone per personas ipas sibi et Preposituram huiusmodi protempore obtinenti Annis singulis persolvendo concederentur primodicte et alie persone huiusmodi possessiones terras prata et bona sic eis concessa predicta proprijs sumptibus et expensis ad debitam culturam reducerent necnon canonem seu censum maioris valoris qua sint fictus et pensiones prefati Annis singulis et alique ex eisdem personis ultra canonem seu censum huiusmodi exnunc certam pecuniaꝝ summam in eiusdem Prepositure utilitatem convertendam solverent et assignarent sicq ex premissis eiusdem Prepositure conditio fieret melior evidenter Quare pro parte dicti Guidonis nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi et eidem Prepositure super hijs oportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur qui de premissis certam notitiam non habemus necnon possessiones terras prata et bona predicta per eoꝝ qualitates quantitates confines et veros valores presentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue per aplica scripta mandamus quatinus super premissis omnibus et singulis ac eoꝝ circumstantijs universis per te ipm auctoritate nra te diligenter informes et si per informationem huiusmodi ita esse et concessiones predictas si fiant in evidentem utilitatem dicte Prepositure cedere reppereris super quo tuam conscientiam oneramus ipi Guidoni possessiones terras et bona predicta personis de quibus sibi videbitur simul vel successive in emphiteosim huiusmodi sub premisso censu seu canone eidem Guidoni sive dictam Preposituram protempore obtinenti Annis singulis persolvendo concedendi ut prefertur eadem auctoritate licentiam largiaris Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus aplicis necnon Monasterij et ordinis predictoꝝ iuramento confirmatione aplica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisq contrarijs quibuscumq Dat Florentie Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoquadragesimosecundo Undecimo kl Martij Pontificatus nri Anno Duodecimo.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 6 (102)

P. Suans
Jo. de ...

Eugenius eps servus servorum dei Venerabili fratri Matheo Epo Mantuan Salt et aplicam ben. Ad ea que utilitatem et comodum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1800633629-17/fragment/page=0002

CII

1442 22 marz. Firenze

1442
22 Marzo
Firenze

Eugenius eps servus servorum dei Venerabili fratri Matheo Epo Mantuan Salt et aplicam ben. Ad ea que utilitatem et comodum
ecclarum necnon Monasteriorum ac ecclasticarum personarum presertim dignitate preditarum concernunt libenter intendimus et quantum cum deo possumus favorem aplicam impertimur.
Sane pro parte dilecti filij Magri Guidonis de Gonzaga Prepositi ecclie Monasterij sancti Benedicti de Padolirone ordinis eiusdem sancti tue dioc in quo preter dilectos filios
illius Abbatem et Conventum Prepositura que inibi dignitas existeret et per secularem etiam obtineri deberet auctoritate aplica creata esse dinoscitur Notarij nri nobis nuper exhibita
petitio continebat qd dudum ipe ante et post creationem dicte Prepositure nonnulla possessiones terras prata et alia immobilia bona in Gonzage et Quistelli Castrorum seu Villarum
eiusdem dioc districtibus vel territorijs consistentia et ad Monasterium quod tunc auctoritate aplica in commendam obtinebat primo ac deinde ad Preposituram huiusmodi quam obtinet
spectantia quibusdam personis sub certis annuis fictibus seu pensionibus ad modica tamen tempora locavit dicteque persone terras possessiones prata et bona eis sic locata predicta ad debita
culturam proprijs earum sumptibus et expensis reduxerunt Et sicut eadem petitio subiungebat si dicta sic locata predictis necnon alia quecumque terras possessiones prata et bona in distri
ctibus seu territorijs consistentia et ad ipam Preposituram legitime spectantia cum omnibus iuribus et pertinentijs suis alijs personis de quibus sibi videretur pro se suisque heredibus et
successoribus imperpetuum Emphiteosim sub annuo censu seu canone per personas ipas sibi et Preposituram huiusmodi protempore obtinenti Annis singulis persolvendo concederentur
primodicte et alie persone huiusmodi possessiones terras prata et bona sic eis concessa predicta proprijs sumptibus et expensis ad debitam culturam reducerent necnon canonem seu censum
maioris valoris quam sint fictus et pensiones prefati Annis singulis et alique ex eisdem personis ultra canonem seu censum huiusmodi exnunc certam pecuniarum summam in eiusdem Prepositure
utilitatem convertendam solverent et assignarent sicque ex premissis eiusdem Prepositure conditio fieret melior evidenter Quare pro parte dicti Guidonis nobis fuit humiliter
supplicatum ut sibi et eidem Prepositure super hijs oportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur qui de premissis certam notitiam non habemus necnon
possessiones terras prata et bona predicta per eorum qualitates quantitates confines et veros valores presentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraterni
tati tue per aplica scripta mandamus quatinus super premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantijs universis per te ipm auctoritate nra te diligenter informes et si per infor
mationem huiusmodi ita esse et concessiones predictas si fiant in evidentem utilitatem dicte Prepositure cedere repperreris super quo tuam conscientiam oneramus ipi Guidoni possessio
nes terras et bona predicta personis de quibus sibi videbitur simul vel successive in emphiteosim huiusmodi sub premisso censu seu canone eidem Guidoni sive dictam Preposituram
protempore obtinenti Annis singulis persolvendo concedendi ut prefertur eadem auctoritate licentiam largiaris Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus aplicis necnon
Monasterij et ordinis predictorum iuramento confirmatione aplica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrarijs quibuscumque Dat Florentie
Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoquadragesimosecundo Undecimo kl Martij Pontificatus nri Anno Duodecimo.

[illegible]

Morbio 6 (102)

P. Suans
Jo. de Lugo[illegible]